

# PRÆCEPTA

## PRO USU TABULARUM SOLARIUM

### PRÆCEPTUM I.

*Ad datum tempus Verum, datumque Meridianum in Tab. VII. expressum, invenire locum Solis verum seu apparentem in Zodiaco. Ex. Gr. Viennæ die 19. Martii 1764. Meridie tempore vero.*

I. Ad datum tempus excerpatur circiter ex Ephemeride aliqua seu Calendario locus verus Solis, esto ille in nostro Exemplo  $29^{\circ} . 21'$ .  $\times$ . cum eo inquire in Tab. I. æquationem temporis competentem, scilicet  $+ 7'$ .  $47''$ . est igitur tempus medium pro Meridie 19. Martii  $0^h . 7' . 47''$ . respondens proxime tempori vero.

NB. *Si Ephemerides aut Calendarium non habeatur, è quo excerpi possit circiter locus Solis verus, uti calculatoribus Ephemeridum usuvenit, tum calculus instituitur ad tempus verum in sine corrigendus per tempus medium è loco incorrecto eruendum, ut in Præcepto III. dicetur.*

II. Assumantur è Tabula II. pag. 13. Epochæ longitudinis mediæ Solis, Apogæi, & quatuor Argumentorum pro Anno 1764. & per Tabulam VII. reducantur ad meridianum Viennensem, dein è Tabula V. motus omnes ad diem datam 19. Martii, denique è Tabula VI. pag. 30. motus Solis medius pro horis, minutis, & secundis temporis medii nunc reperti. *Vide Paradigma infra positum.*

III. Colligantur singuli hi motus in singulas summas, ut in Paradigmatate.

IV. Locum Solis medium II. fig.  $27^{\circ} . 27' . 33'' . 8$ . subscribe summæ loci Apogæi 3. fig.  $8^{\circ} . 53' . 35'' . 0$ . Apogæum subtrahæ à loco Solis medio, & habebis Anoma-